

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Vincentii Chartarii imagines deorum ... qui ab antiquis conlebantur**

**Cartari, Vincenzo**

**Moguntiae, 1687**

Mercurius

[urn:nbn:de:bsz:31-341151](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-341151)

pinus, præterquam terrenorum, quæ vilissima sunt, si cum cælestibus conferantur; quibus tantum nobis esset inhiandum: sed tamen mortalis hujus corporis velum, quo induimur, ita nobis rationis lumen occultat, ut cæcipientes inferna hæc loca obeamus, sensus, ac depravatos animi affectus tamquam duces sequentes. Quare minime mirum videri debeat, si sexcenta nos opprimant mala, statim atque in hunc infernum delabimur, hoc est, animi nostri mortalia corpora induunt; nam huc referri potest, quod Virgil. lib. VI. Æneid. de malis, inferni portas obsidentibus fingit: Carmina ita habent.

*Vestibulum ante ipsum, præsque in faucibus Oræi  
Luctus, & ultrices posuere cubilia Cura:  
Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus,  
Et Metus, & malesuada Fames, & turpis Egestas:  
(Terribiles visæ forma) Lethumque, Laborque:  
Tum consanguineus Lethi Sopor, & mala mentis  
Gaudia, mortiferumque adverso in limine Bellum:  
Feretique Eumenidum thalami, & Discordia demens:  
Viperæum crinem vitæ innexa cruentis.*

## MER CUR IUS.

Inter fabulosos antiquorum Deos ita erant munera distributa, ut aliis aliud sibi tantum proprium essent sortiti. Inter hos duo hoc officio fungebantur, ut Deorum essent nuncii; Mercurius unus, qui Jovi operam suam navabat; Iris altera, quæ Junoni; non soli tamen; nam & Jovi interdum ministrasse legitur: sed tunc tantum, cum mortalibus bellum, pestem, famem, aliudve ingens malum annuntiaret. Mercurii autem opera in rebus lætis Jupiter utebatur; sed & ceteri Dii eundem sibi nuncium, cum esset opus, adscisciebant. Hæc fabula innuit, sermone id exprimi, quod mente, quæ divina est in nobis particula, conceperimus. Hunc veteres non solum nunciis, sed & lucris præposuerunt, quemadmodum is de se apud Plautum in Amphitryone.

*Nam vos quidem id jam scitis concessum & datum*

*Mibi esse ab Diis aliis, nuntiis præsum & lucro.*

In libro Antiquariorum Petri Appiani, Mercurius imberbis effingitur, duabus parvis alis supra aures affixis, nudus, nisi quod in dorso palliolum habere videtur, dextera marsupium continet, quod supra caput Hirci jacet; Sinistra vero Caduceum præfert; ad pedes Gallus & Hircus subest. Caduceus erat ejus insigne, qui initio erat virga quædam, ab aliis non differens, quam ab Appolline dono accepit, pro citharæ munere, quod in eum contulerat, cum post boves subreptos, tædus cum eo percussit. Itaque Homerus in hymno in Mercurium, Appollinem ita ei dicentem inducit;

*Hanc-*

*Deorum  
nuncii.*

*Mercurii  
munus.*

*Caduceus*

*Imago 482*

*Hancque tibi virgam, qua felix aequo beatus  
Efficere dabo: placeant si munera nostra.*

*Angues cur  
cum Cadu-  
ceo.*

*Legati pro  
pace.  
Olea pacis  
signum.*

*Verbena.*

*Porrige  
herbam,  
quid signifi-  
cat.*

Caduceo duo angues sunt additi, vel quod Mercurius, cum duos inter se serpentes pugnantes offendisset, sua virga inter eos coniecta, illos reconcilia- vit; aut ob eam rationem quam Plinius lib. XXIX. affert, qui postquam re- tulisset, cur serpentes aestate inter se complicentur, subicit. Hic complexus Anguium, & efferatorum concordia causa videtur esse, quare exteræ gen- tes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguium fecerint. Agy- ptii, quibus non injuria id tanquam primis inventoribus tribuerimus, cadu- ceum ita pingebant. Erat virga erecta, ubi Dracones mas & foemina parte una, parte media voluminis suo invicem modo, quem vocant Herculis obli- gabantur, primæque partes eorum reflexas in circulum, pressis oculis ambi- tum circuli jungebant, & postmodum caudæ revocabantur, ad capulum ca- ducei, ornabanturque alis, ex eadem capuli parte nascentibus. Eam virgam latini Caduceum appellabant, quod eo apparente, statim discordiæ cade- rent. Itaque Pacis insigne erat, & legati pro pace missi, illum ferebant: qui & Caduceatores appellabantur: iidem interdum Oleæ ramum ferebant, hoc præ se ferentes, se ut amicos venire. Ita Virgilius fingit Ænæam centum oratores ad latinum allegasse Olea coronatos; eundemque cum ad Euandrum proficiscitur, Pallanti qui primus sibi occurrisset, ma- nu oleam extulisse, hoc signo ostendentem, se tanquam amicum ad eos acce- dere. Stautius cum scribit Tydeum legatum pro Polynice Thebas ad Eteo- elem pro recuperando regno profectum, eum oliuæ ramum prætulisse refert, cum vero se infecta, eum reverti, oporteret, eundem humi abiecit, ex quo sceleratum illud inter fratres bellum initium duxit. Appianus Alexandrinus scribit, Asdrubalem, cum videret; se diutius Carthaginis arcem contra Ro- manos oppugnantes defendere non posse, uxore filiis aliisque multis in Æsculapii templo relictis (qui postea se ipsos combusserunt) clam ad Scipio- nem profugisse, oleæ ramum secum ferentem: quo significabat, se pro pace im- petrandæ ad illum accedere: quod multi præterea ex ejus militibus paulo ante effecerant, qui ad Scipionem se contulerant, ut ab eo obtinerent, quo non esset fraudi eis, qui ex arce fugissent, verbenam, non oleam præferentes; licet ex Ap- piani verbis non solum verbena, sed & alia herbarum genera, quibus Æscula- pii templum, atque ora ornabatur, quæ in arce erant, intelligi possint; nam Ver- benæ nomine herbæ omnes, ac folia capiebantur, quæ Deorum aris impone- rentur. Sed & alicui herbam porrigere, apud veteres significabat, eum fateri, qui porrigebat, se victum ab eo, cui porrigebatur. Quod festus scribit, primis illis temporibus à pastoribus introductum; nam, cum cursu, aut alio lu- dorum genere inter se certabant, victus se humi inclinabat, & herbam manu decerptam victori porrigebat. Sed tamen Verbena ipsa erat pacis signum ut Plinius

Plinius scribit ; hacque legati coronabantur , qui pro fœdere aut pace in-  
eunda mittebantur , præsertim a Romanis ; nam aliæ nationes alia pacis in-  
signia usurpabant ; apud Appianum enim de quibusdam Hispaniæ populis  
legitur , qui legatos ad Marcellum pro venia ac pace impetranda miserunt , eos  
lupi pellem pro Caduceo , aur olea , vel verbena prætulisse ; quæ magis apud  
ceteros in huiusmodi negotiis erant usitata : his veteres interdum vela quæ-  
dam , aut laneas fascias prætendebant , quæ eorum qui ferrent infirmitatem at-  
que submissionem denotabant : ovis enim est animal infirmum , atque vile ,  
quemadmodum Servius , Æneæ primum ad Evandrum sermonem enarrans  
testatur.

Pax Caduceo repræsentata apud antiquos Dea habebatur , Romæque Pax.  
pulcherrimum , amplissimumque templum habebat , ita ut exteræ nationes ad  
illud visendum undique confluerent. Id à Vespasiano post Victoriam è Ju-  
dæis partam , ex ædificatum ferunt ; in quod omnia Hierosolymitani templi  
ornamenta transtulit. Pacem Aristophanes aspectu pulcherrimam describit ,  
eique Venerem , ac Gratias comites tribuit. Pausanias refert , ejus statuam Pacis imago.  
Athenis ad mulieris speciem esse effictam , Plutum puerum divitiarum Deum  
(ut superius diximus) manu tenentis ; divitiæ enim pace magis , quam bello Pax Cereris  
parantur , ac conservantur. Itaque veteres Pacem Cereris amicam dicebant. amica.  
ut Tibullus lib. 1. Eleg. ultima dicit :

*Pax candida primum*

*Duxit araturos sub juga curva boves.*

*Pax aluit vites , & succos condidit vna,*

*Funderet ut gnato testa paterna merum.*

Bellum autem contrarium efficit. Quare Claudianus Cererem singit , filiam  
Proserpinam Marti , aut Phœbo noluisse collocare , quæ ejus erant proci ; nam  
sicut vehementes Solis æstus , atque diurni segetibus officiant , ita & bella.  
Quamobrem antiqui : ut in quibusdam numismatibus cernitur , Pacem ef-  
finxerunt , mulierem manibus spicam continentem : de qua ita ibidem Ti-  
bullus scripsit :

*At nobis Pax alma veni , spicamque teneto ;*

*Persuat & pomis candidis ante sinus.*

Eam olea interdum coronabant , aliquando lauro : in numismatibus roseis  
sertis sæpe cernitur redimita. Concordia atque Pax quamquam diversa no-  
mina habent , & diverso modo effingantur , tamen idem utræque significare  
videntur. Ambæ ab antiquis divino cultu affectæ sunt , ut ab eis vitam tran-  
quillam , ac ab omni perturbatione liberam consequerentur. Concordiam  
effingebant , dextra craterem tenentem , læva Cornucopiæ. Itaque de ea ita  
Seneca in Medea dixit ,

*Es asperi*

*Martis sanguinem , qua cohibet manus .*

*Qua dat belligeris fœdera gentibus,  
Et cornu retinet divite copiam,  
Donetur tenera missor hostia,*

Interdum & sceptrum habebat, ex quo fructus exire videbantur. Aristides in oratione pro Concordia ad Rhodienses eam expressit de coram, compactam, bene coloratam, gratiosam, & undique per omnia sibi quadrantem, & congruentem, Deorumque diligentia, ac benignitate in terram delapsam, Hanc eandem Deam idem orator ait, ab Jove horas confirmare, solam obsignare cuncta, agros cultibus exornare, suarum cujusque rerum fructus, aliarumque possessionem præstare, res urbanas gerere pro voto, perquam mature nuptias tum dare, tum accipere in quos, & à quibus libeat, liberos educare, atque erudire. Sed & duabus tantum dexteris manibus inter se junctis, in quodam Neronis numismate cernitur: id quod & Fidei tribuitur, quam etiam veteres Deam habebant. Eam filius Italicus lib. 11. de Bello Punico, in penitissima belli parte collocat, cum Herculem fingit eam ita colloquentem;

*Ante Jovem generata, decus divumque hominumque,  
Qua sine non tellus Pacem non æquora norunt,  
Iustitia consors, tacitumque in pectore numen.*

Fides enim debet esse tecta atque secreta: hoc est res, quæ alicujus fidei creduntur, non solum ullo pacto prodenda. Eandem omni doli atque fraudis expertem esse oportet. Albo panno velati flamines ei ex Numæ instituto sacra faciebant, quemadmodum Livius refert, ut eo intelligeremus fidem omni sinceritate custodiendam esse. Fidei dextera manus erat consecrata, quod innuebat, fidem dextera tutandam esse, Virgil. lib. 1. Æneid. albam & canam fidem vocavit; quod Servius enarrans, ideo dictum esse inquit, quod fere in canis hominibus fides reperiatur. Horatius suorum temporum iniquitatem accusans, inquit;

*— Et Albo*

*Rara fides colitur velata panno.*


Ubi Acro ait Albo panno caput velasse eos, qui fidei sacrificarent, quod eo referebatur ut significaret candidissimum animum semper fidei debere esse commitem. Quare Ludovicus Ariostus hæc de fide dicit;

*Olim sancta Fides niveo vestita colore  
Tota videbatur; nihil & nigoris inesse  
Cernere erat; totum nam illi decus ore perisset*

*Dextera Fi-  
dei conso-  
rata,*

Quia vero Fidei propria sedes in dextera manu credebatur, ideo interdum duabus junctis manibus fingebatur; interdum duabus imagunculis, dexteram dexteræ jungentibus. Quamobrem apud veteres manus dextera tanquam res sacra putabatur. Unde profectum est, ut, cum tumultum aliquem repente





pente excitatum sedare volumus, eam in altum tollamus; eandemque apertam porrigentes, pacem afferre indicamus. Itaque plurimæ principum ac illustrium Imperatorum statuæ cernuntur cum pedestres, tum equestres, dexteras manus tendentes. Josephus quoque in libris de antiquitate Judaica refert, inter barbaros, cum quis dexteram manum alteri porrexisset, significasse nullum dolum subesse, quo minus alter alteri non fideret. Hinc forte consuetudo manavit, Dominorum ac Principum manus osculandi; quæ non solum apud nos sed etiam apud veteres servabatur, ut ex Plutarcho discere possumus; ubi Popilius Lena, postquam diutius cum Cæsare in Senatum abeunte eo ipso die, quo fuit interfectus, esset colloquutus, manu osculata discessit. Et Macrobius lib. 1. Satur. sub prætentati persona in servorum defensionem dicit, inveniri inter servos aliquam pecunia fortiorem: inveniri & Dominum spe lucri oscula alienorum servorum manibus insipientem. Hoc significabant, se ejus fidei commendare, cujus manum oscularentur; ideoque eum suum dominum agnoscere, usque ad tempora nostra veterum etiam mos derivavit, dexterae manus in fidei signum porrigendæ. Fides etiam sub canis candidi symbolo ostendebatur, plurima enim eaque admiranda de canum fidelitate narrantur. Sed ad concordiam revertamur, cui antiqui ciconiam consecrarunt; ideoque ciconiæ multæ in ejus templo alebantur; licet Angelus Politianus non ciconiam, sed cornicem concordia tribuat; ad cujus confirmationem vetera numismata aliquot adducit, atque Ælianus qui dicit veteres in nuptiis, postquam Hymeneum invocassent, cornicem quoque invocasse, in faustum scilicet omen concordia futura inter eos, qui liberorum quærendorum gratia convenissent. Sed hoc fidem innuebat, quam inter se conjuges servare debebant ut idem quoque Ælianus refert: dicitque cornices, ita sibi mutuo fideles esse, ut si conjugum altera mortua fuerit, altera perpetuo vidua perseveret, sed & apud antiquos mala punica concordiam significabant, ut Hæbreorum scriptores tradunt: ideoque in veste sacerdotali depicta tradunt. Nunc ad Mercurium revertamur: quem Homerus pedibus alatis, manique virgam tenentem designavit, cum à Jove vel ad Calypsonem missum, ut Ulysses à se dimitteret, vel ad Priamum in Græcorum castra perducendum allegatum fingit, ut filii Hectoris cadaver repeteret, cum Virgilius felicissime est imitatus; cum libro IV. Æneid. Mercurium inducit Jovis jussu ad Æneam proficiscentem, qui tunc Carthagine desidebat. Carmina ita habent:

— Ille patris magni parere parabat  
Imperio: & primum pedibus talaria necit  
Aurea qua sublimem alis, sive aquora supra,  
Seu terram rapido pariter cum flamine portant  
Tunc virgam capit: hæc animas ille evocat orco

S 2

Pallens

*Manus osculandi.**Ciconia concordia sacra.**Cornix concordia sacra.**Mala punica pro concordia sumpta.*

*Pallentes, alias sub tristia tartara mittit:*

*Dat somnos, adimitque somna morte resignat.*

*Pennæ cur  
Mercurio  
tributa.*

Mercurio sunt pennæ attributæ, ut diximus, sermo enim cuius habebatur Deus, vel quem ipse significabat, perinde ac alatus esset; evolat, itaque Homerus *εργα ατεροδεντα* solet appellare, id est, verba alata. Quod autem Mercurius & caput semper alatum haberet, ex Plauto discamus licet, nam is cum paulisper alienam sibi personam induisset, pennas deponere noluit; licet id se facere diceret, ut spectatores haberent, quo ipsum ad Amphytionis servo, in quem se verterat, dignoscere possent: ejus verba sunt hæc.

*Nunc internoſſe ut nos possitis facilius*

*Ego has habebō usque in petaso pennulas.*

*Imago 50. a.*

Nam Mercurius pileo erat indutus, cui hærebant alæ; quamvis Apulejus lib. X. de Asino Aureo, de eis non meminerit; cum iudicium Paridis in scena actum refert, Mercurium inducens puerum luculentum nudum; nisi quod ephēbi Chalmyde sinistrum tegebat humerum, flavis crinibus conspicuum, inter cuius comas aureæ pinnula simul conjunctæ prominebant, cum caduceo & Virgula. Martianus lib. 1. Philolog. cum describit adolescentem, venusto, alto ac robusto corpore, pubescentibus genis (qualem etiam Lucianus designat) seminudum incedentem Chalmydeque indutum parva, involatumque catena, humerorum cacumen obnubentem neque ullam alarum aut Caducei mentionem facit; Sed addit Palæstra, crebrisque discursibus exercitum corpus lacertosis in Juvenilis roboris excellentiam toris virili quadam amplitudine renidere. Quæ cum eo consentit, quod Philostratus scribit, Palæstram Mercurii filiam fuisse, quæ vix discerni posset, masne, an fœmina esset; nam facies erat ejusmodi, ut vehementer ambigeres, num puer, an puella esset, flavæ comæ nondum tam longæ erant, ut in nodum contrahi possent: pectus virginis erat, ipsæ mammae ut in adolescentulo molli paululum extare videbantur, brachia à Sole colorem ducebant; ei sedenti oleæ ramus in sinu positus erat; nam Palæstra hanc plantam diligebat. Quandoquidem Luctatores se oleo ungebant, ita Philostratus Palæstram adumbrat; quam Mercurii filiam facit, is enim luctæ inventor fuit, ut etiam Horatius in hymno in eum meminit. Neque solum Mercurius corporis exercendi artem invenit, sed & quibus meditationibus animus esset assuescendus, docuit. Jamblicus Ægyptios omnes bonas artes Mercurio acceptas retulisse: atque ideo omnia sua scripta ei dedicasse refert. Cicero lib. III. de natura Deorum scribit, Mercurium, Ægyptiis leges, ac litteras tradidisse, & ab eis Thoit, vel Theut nominatum, ut & apud Platonem legitur. Alii addiderunt præter litteras, Musicam quoque à Mercurio, Geometriam ac Palæstram repertam, cuius rei gratia quadratam in Gymnasiis statuat ei ponebant; qualis erat ea, quam Pausanias in quad-

*Mercurius  
omnium bonarum  
artium inven-  
tor.*

*Thoit.*


*Theut.*

Imago. 50.



17. 09. 1711







pi  
in  
G  
&  
cu  
fu  
ac  
Su  
re  
è c  
xa  
ha  
qu  
do  
mo  
ju  
qu  
pr  
tu  
ut  
la  
&  
en  
rat  
tua  
qu  
ca  
fui  
est  
ser  
vo  
ser  
  
Q  
me  
sta  
cu  
ma  
civ

pian Arcadiæ parte fuisse scribit eo habitu, ut pallium induere videretur, in quadrangulam figuram desinentem, neque pedum tenus expolitam: Galenus in oratione sua oria, Mercurium inquit, ut orationis parentem, & artium omnium autorem, in aliam effigiem quam fortunæ effinxerunt, cum pictores tum statuarii, effingunt enim Juvenem formosum, non tamen fucatum, aut comptum, sed nativa quadam virtutis specie, vultu hilari acerbis oculis, in basi quadrata, quæ stabilitatis ac firmitatis figura est. Suidas narrat quadratam figuram Mercurio datam, ut verus sermo innueretur, qui semper consistit, nec cuiquam impugnatori unquam cedit: sicut è contra mendacium subinde mutatur, nec usquam consistere potest. Alexander etiam Neapolitanus lib. IV. scribit, Mercurii statuam apud Græcos haberi quadrato statu, capite solum effictò; tali specie pluribus figuratis, quas pro immortalis gloria magnis sæpe ducibus dicabant: eas etiam ante domorum privatarum ostia olim statuebant, quemadmodum Suidas memorat. Thucydides in VI. & Plutarchus in Alcibiade prodiderunt, huiusmodi statuas, cuiusmodi plurimæ erant Athenis, una nocte dejectas: quæ res Alcibiadi negotium non parvum factitavit, cum in affectati principatus suspicionem venisset. Huiusmodi statuæ Hermæ dicebantur: quod & Mercurius *ἑρμῆς* Græcis diceretur: ponebantur autem, ut diximus, in gymnasiis, & Academiis: quare Cicero in quadam epistola ad Atticum lib. II. Hermem omnium Academiarum ornamentum vocat: & in alia lib. IV. ad eundem scribit ita: Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis me admodum delectant: hortaturque eum, ut quamprimum ad se mitat, quo iis sram bibliothecam adornare posset. Athenienses primi harum statuarum opifices leguntur: postea non solum Mercurii, sed aliorum quoque Deorum statuas Græci quadratas non raro effinxerunt: præsertim Arcades, apud quos ara Jovi cum eiusmodi simulacro erat dicata. Cyllenius fuit Mercurius cognominatus à quodam Arcadiæ monte sic dicto, ubi is est natus: sed tamen Festus dicit, eum ita appellatum, quod omnem rem sermone sine manibus conficiet; quibus partibus corporis qui carent, *ἄρμη* vocantur: ideoque quadratum eum fingebant, Mercurii vires, quas per sermonem exercet, præclare Horatius in Hymno in eum expressit, dicens,

*Qui veros cultus hominum recentum*

*Vocem formasti cantus.*

Quod is forte est à quâpiam Græcorum fabula mutatus, quia fertur Prometheum aliquando Jovem adiisse, orasque, ut homines, rudi illa vita relicta, quam initio vivebant, ad politioem se conferrent; tuncque Jupiter Mercurium una cum illo misisse, præcipiens, ut eos, quos maxime idoneos existimasset, eloquentiam doceret, qua instructi, aliis persuadere possent, ut vitam civilem socialeque degerent. Itaque veteres linguam Mercurio con-

*Imago si. a.*

*Hermæ,*

*Hermarum  
primi opifi-  
ces.*

*Cylenius.*

*Lingua  
Mercurio  
consecrata.*

Mercatorum  
Deus.

Gallus prope  
Mercurium.

Somnia una  
cum Musis.

Noctis ima-  
go.

fecerunt: & mos fuit, ut, cum cubitum irent, vinum libarent; & victimarum lingua ei sacrificarent. Mercurius primus est habitus, qui luctandi modos ostenderet: ideoque mercatorum erat Deus: hacque ratione factum fuisse, Suidas scribit, ut crumenam ejus simulacro adderent. Fulgentius alatos Mercurii pedes vult ad velocem, atque perennem negotiatorum discursum referendū, qui suorum negotiorum transigendorum causa, hac illacque curfant. Quare Cæsar in commentariis de bello Gallico, Gallos refert, Mercurio præcipue inter omnes Deos divinos honores tribuere, cujus apud eos multa simulacra visebantur; nam, præterquam quod eum omnium fere artium repertorem crederent; putabant etiam multum in lucris, ac in negotiandi arte prodesse posse: in qua quantum homines vigilantes esse debeant, præclare sane gallus, ejus simulacro appositus innuit; licet nonnulli putent, id potius solertiam, atque vigilantiam sapientum hominum designare, quibus turpe est, totam stertere noctem: nam Mercurius, cum pro ratione, ac divino illo nomine capiatur, quod nos ad rerum cognitionem ducit; non diu nos in somno sepultos delitescere permittit, sed, animi ac corporis viribus modico somno recreatis, nos ad consueta opera excitabit; neque tamen omnino insomnes ducere noctes nos volet; nam homines cum in perpetua corporis, aut mentis agitatione persistere nequeant, brevi quiete, quam somnus affert, indigent. Pausanias in Corinthiacis scribit de quadam ara, ubi Musis, atque somno simul res sacra fiebat, tamquam maxime inter se consentirent. Veteres enim Somnum Deum habuerunt; cui & statuas ponebant: eum Homerus, ac Hesiodus Mortis fratrem appellarunt: quo etiam quedam imago in Cypseli arca exsculpta respiciebat; erat enim mulier quæpiam, quæ sinistro brachio puerum candidum dormientem sustinebat, dextera autem nigrum, qui etiam dormiebat, atque distortos pedes habebat; hic Mortem, ille Somnum denotabat; scemina illa Noctem, amborum matricem significabat. Nox vero apud antiquos mulieris speciem habebat, magnis alis usque atris præditæ, quæ expansæ essent ita ut jam volare velle videtur, iis universam complectebatur, ut Virgilius scripsit. Ovidius papavere tempora ejus cingit, unaque cum ea magnam mittit nigrorum summorum multitudinem, Alii ei currum rotarum quatuor attribuunt, quæ juxta Buccarii sententiam quatuor noctis partes representat, in qua à militibus ac nautis, cum excubias agunt, est distributa, ea est fusci coloris, sed vestis micat aliquantulum quod ad Cælum refertur, in quo semper sidera fulgent. Tibullus lib. II. Eleg. I. ei comites adjungit stellas, quas ejus filias dicit, item somnum, atque somnia, cum ita dicit;

*Ludite jam nox jungit equos; currumque sequuntur*

*Matris lascivo sidera fulva choro.*

*Postque venit tacitus, fulvis circumdatus alis*

*Somnus, & incerto somnia nigra pede.*

Qui

lia-  
ten-  
idas  
edes  
fuo-  
ar in  
anes  
tur;  
uta-  
qua  
mu-  
vigi-  
tere  
atur,  
de-  
atis,  
cere  
agi-  
gent.  
no si-  
enim  
He-  
pselli  
bra-  
n, qui  
Som-  
abat.  
e atris  
rfam  
cin-  
nem,  
ntiam  
excu-  
ulam  
Eleg.  
som-

Qui



tiu

Ido

Sta  
run  
can

se  
fcel  
ves  
ma  
ent  
nu  
ver  
pha  
qua  
qua  
fals  
Ho  
in S  
etun  
nor  
nor  
nex

Quibus ex verbis, somnium etiam alas habere conijcimus; quod & Statius habet lib. V. Sylvarum, ubi somnum alloquens dicit.

-- Nec tetotas infundere pennas

Luminibus compello meis; hoc turba precatur

Lantior, extremo me tange cacumine virga.

Idem de eo Silius lib. X. dicit.

-- Quatis inde seporas

De vexo Capiti pennas oculisque quietem

Irrorat, tangens Lethea tempora virga.

Statius loco supra dicto, cum adolescentem facit; atque placidissimum Deorum vocat; nam nihil mortalibus gratius accidere potest, quiete post labores, eam autem somnus affert. Itaque de eo Seneca in Hercule furente dixit.

Tuque o dormitor somne malorum

Requies animi, pars humana melior vite,

Veris miscens falsa futuri

Certus, & idem pessimus auctor

Pater orerum, portus vite

Lucis requies, noctisque comes,

Qui par regi, famuloque venis,

Placidus fessum, lenisque foves

Pavidum leti genus humanum,

Cogis longam discere mortem.

Philostratus in Amphiarhi Imagine, in cuius antro portam somniorum esse dicitabatur. (nam si quis illic dormisset, quod scire optabat, in somnis disceret) ita somnum describit; Facie inquiens, resoluta videbatur, candidam vestem habebat, supra nigram, quasi diem & noctem indicaret: cornu in manu habebat; quod & Poetae de eo affirmant, e quo somnia super dormientes effundere videatur: quod ideo fictum esse dicunt; quod cornu attenuatum pellucidum sit, resque prout se habent, ostendat. Itaque somnia quae vera sunt, cornua dicuntur. Cum vero Somnus vana denuntiat, ebur, & elephantis dentem gestat: nam illud in laminas vel tenuissimas dissectum, nunquam pellucidum redditur. Quare Virgilius lib. VI. geminas portas finxit, per quas ad nos Somnia derivent, alteram corneam, alteram eburneam: per hanc falsa, per illam vera in dormientes spectra immittuntur. De quo, ex Homero expresso ita Porphyrius disserit, quemadmodum Macrobius lib. I. in Somnium Scipionis refert: latet inquiens, omne verum; hoc tamen anima, eum ab officiis corporis, somno ejus, paululum libera est, interdum aspicit; nonnumquam tendit aciem, nec tamen pervenit: & cum aspicit: tamen non libero, & perfecto lumine videt, sed interjecto velamine, quod nexus naturae caligantis obducit: hoc velamen cum in quiete ad verum usque

Imago 2. a.

Porta somniorum.

usque aciem introsipientis admittit, de cornu creditur, cujus ista natura est, ut tenuatum visui pervium sit: cum vero a vero hebetat, ac repellit obtutum, ebur putatur, cujus corpus ita natura densatum est, ut ad quamvis extremitatem tenuitatis erasum, nullo visu, ad ulteriora tendente penetretur. idem Virgilius lib. eodem de ulmo Somniorum scribit:

*In medio ramos, annosaque brachia pandit,*

*Ulmus opaca, ingens, quam sedem Somnia vulgo*

*Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus haerent.*

*Somnia vana.*

*Virga Somni.*

Ubi Servius, qui de insomniis, inquit, scripserunt, dicunt, quo tempore folia de arboribus cadunt, vana esse somnia. Alij dicunt, ulmum arborem esse sterilem, ideoque Somniorum vanitatem exprimere, quae a veteribus caeca sunt appellata, ut Suidas refert; aut quod fallacia sint, aut quod cum eis loquantur, qui oculos habent clausos. Virgam nonnunquam Somnus in manibus habere dicitur, qua homines tangens, soporem inducit: hac se tangi Stadius in poemate paulo ante posito, orat. Ovidius ejus sedes apud Cimmericos vult esse, Homerus in Lemno insula, Stadius apud Aethiopes, Ludovicus Ariostus apud Arabes. Ovidius ergo postquam lib. xi. Metamorph. Somni regiam descripsisset, haec subjungit:

*In medio torus est hebeno sublimis in antro,*

*Plumbeus, unicolor, pullo velamine tectus,*

*Quo cubat ipse Deus membris languore solutis.*

*Hunc circa passim varias imitantia formas*

*Somnia vana jacent, totidem quot messis aristae*

*Silva gerit frondes, ejectas litus arenas.*

*At pater è populo natorum mille suorum*

*Excitat artificem, simulatoremque figura*

*Morphea: non illo jussos solertius alter*

*Exprimit meesus, vultum, somnumque loquendi:*

*Adjicit & vestes, & consuetissima quaque*

*Verba: sed hic solos homines imitatur: at alter*

*Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens,*

*Hunc Icilon superi, mortale Phobetora vulgus*

*Nominat: est etiam diversa tertius artis*

*Phantasos: ille in humum, saxumque, undamque, trabemque*

*Quaque vacant anima, fallaciter omnia transit.*

Sed nunc ad Mercurium quadratum: quem Pausanias in Achaicis refert, alibi in via existisse barbatur, atque pileatum: neque arbitror alibi de Mercurio barbato mentionem fieri: nam semper imberbis describitur: quod significat, elegantem sermonem numquam senescere. Sed tamen primam lanuginem ex eo pullulare, ex Martiano supra didicimus; & Lucianus, in libro de

*Mercurius  
aut imberbis.*

est,  
um,  
ita-  
lem

olia  
ste-  
unt  
an-  
bus  
sta-  
ne-  
cus  
nni

li-  
er-  
od  
la-  
ro  
de



do  
eu  
in  
lo  
pr  
lap  
no  
un  
ne  
vis  
ge  
ful  
Pa  
ba  
us  
thi  
cu  
Ta  
fun  
ni  
qu  
ad  
dar  
ta  
Ma  
pli  
cu  
Ita  
lu  
de  
gly  
an  
cu  
eti  
fig  
qu  
ter  
du  
tu  
D  
Fo

de sacrificiis idem confirmat. Homerus quoque fingit, ita Ulyssi visum, cum ad eum Moly herbam attulit, qua contra Circes venoficia eum minivit. Mercurij insuper statuis viatores solebant lapidum acervos accumulare, ut singuli singulos adjicerent; id inuentes, vel ita Deum honorandum, re scilicet ea, quæ ad præfens sit in promptu, & obuia; vel quod ita viam videbantur repurgate, ne ad lapides cæteri viatores offenderent; vel quod eo lapidum cumulo statua Dei notior prætereuntibus fieret: alij in orationem ipsam referunt, quæ ex minimis particulis consistat. Suidas scribit hos lapidum acervos in triviis fuisse: ne viatores scilicet errarent, Ideo que ibi fructuum primitias olim ponebant, ut viatores ex iis quod sibi esset opus, caperent. Mercurius quoque triceps effingebatur, vel ad vim sermonis exprimendam, vel ad vias ostendendas: in iis enim subeant subscriptiones, quo scilicet illa via ferret, & quo alia, & alia. Sed enim & Pastores à Mercurio curari, ex Homero habetur, cum in Iliade testatur, Phorbam ditissimum Tojanorum fuisse armentorum, atque gregum: uam Mercurius, cui is præcipue curæ erat, illum ita locupletarat. Itaque Pausanias in Corinthiacis, illius statuam, ait, Æneam fuisse apud Lecheum sedentem, & juxta eum Arietem: cujus rei tamquam Arcanæ rationem reticet. De alia apud Tanagreos, qui erat Bæotiarum populus, idem meminit, quæ à collo suspensum habebat arietem: nam dicebant, Mercurium, ea figura per oppidum cœnia discurrentem, magnam pestem, quæ tunc ibi grassabatur, depulisse. Itaque cum anniuersarium sacrum in ejus rei memoriam celebraretur, venustus adolescens urbem obibat, agnum collo sustinens. Idem Pausanias de quadam alia Mercurii statua meminit, ex Arcadia in Jovis Olympii templum allata. Hæc erat galeata amicta chlamide, & tunica, arietemque sub ala portans. Macrobius libro 1. Saturn. qui intelligi vult, Mercurii imaginem ad Solem applicat, alias, inquit, Solis velocitatem referre; nam ex fabulis habetur, cum Argum jus Inachi filia custodis quæ erat in vaccam versa, interfecisset, Itaque cujus statua interdum gladium habens effingitur: Argus autem est cœlum, stellarum luce distinctum, quibus inesse quædam species cælestium videtur oculorum: & videtur terram desuper observare; quum Ægyptii Hieroglyphicis litteris cum significare volunt, ponunt hominis figuram. Is ergo ambitus cœli stellarum luminibus ornatus, tunc existimatur enectus à Mercurio, cum Sol diurno tempore observando sidera veluti enecat. Pleraque etiam simulacra mercurii, idem inquit, quadrato statu figurari, solo capite insignita, & virili membro; ut Solem innuant, qui est mundi caput, & rerum fator: quatuor irem latera ea ratione fingi, ut totidem mundi plagas, vel quatuor vices temporum, quibus annus includitur, significant, vel quod duobus æquinoctiis duobusque; Solstitiis Zodiaci ratio distincta est. Argumentum Caducei ad genituram quoque hominum, secundum ejusdem sententiam, Ægyptii protendunt. Deos præstitos homini nascenti quatuor adesse memorantes, Dæmonem scilicet Fortunam, amorem, ac necessitatem; & duos priores, solem ac Lunam intelligi

*Acervi lapidum circa statuam Mercurii.*

*Mercurius triceps.*

*Imago 53.*

volunt; quæd Sol auctor spiritus, caloris, ac luminis, humanæ vitæ genitor ac custos est: & ideo nascentis Dæmon, id est Deus creditur: Luna est Fortuna; quia corporum præful est; quæ fortuitorum varietate jactatur: Amor ex amborum serpentum, qui Caduceum ambiunt, osculo significatur: Necessitas nodo, quo inter se illi connectuntur, innuit videtur: Martianus Capella lib. ii. scribit, Phiginem, quæ calatam ex habeno tabulam, argumentis Mercurium designantibus afferebat. Erat autem in medio avis Ægyptia, quæ Ibis memoratus ab incolis: sed cum petalo vertex, atque os pulcherrimum videbatur: quod quidem serpentis gemini lambebat implexio: subter quadam prænitens virga; cujus caput auratum, media Glauca, piceus hnis exstabat: sub dextra testudo, minitansque nepa: à læva caprea, sed dilophon alitem, quæ sit oscinum mitior in certaminis tentamenta pulsabat. Hæc omnia ex Ægyptiorum arcanis sunt desumpta, apud quos Mercurius sub Anubis nomine colebatur; nam hunc cum Caduceo effingebant, ut eum Apuleius describit, qui de eo ita dicit: Erat ibi Anubis quem Mercurium dixerunt, nunc atra, nunc aurea facie sublimis, attollens canis cervices arduas; læva Caduceum gerens, dextera palmam virentem quatiens. Capite canino effingebatur, ut ex eo Mercurii sagacitatem in nos derivantem intelligeremus; nullum enim cane sagacius animal. Aut juxta Diodori Siculi sententiam, quod Anubis Osiridis, filius esset, qui cum Patrem semper in bello affectaretur, magna suæ virtutis argumenta præbuit. Itaque post mortem est in divos relatus: quia vero is vivens, canem pro insigni gestabat, ideo canina facie illum Ægyptii coluere, id innuentes, eum scilicet fidelem patris custodem semper fuisse.

*Anubis,**Hercules,*

Hercules etiam idem erat eum Mercurii numine, vel certe non ab eo abhorrens: cujus rei fidem facit ejus imago à Gallis excogitata, qui eum tamquam prudentiæ atque eloquentiæ Deum colebant: Ea autem, quemadmodum Lucianus refert, erat hujusmodi. Senex videbatur penè decrepitus, calvus, paucis capillis, coloratus fuscusve & rugosus, leonina pelle indutus, Cum rhopalo, id est clava dextera, sinistra arcum tenens, & pharetra ex humeris dependente, catenus vero, ex auro & electro admodum tenuibus, linguæ suæ extremitate perforata insertis; maximam hominum multitudinem, non invitam, sed sponte sequentem, auribus alligatis trahens. Hic eloquentiæ viros adumbrati est perispicum, quam Galli Herculi tribuebant, qua magis, quam corporis viribus eum pollere credebant. Eum igitur senem effinxerunt; nam eloquentia magis viget in senibus, quam in adolescentibus, quemadmodum Homerus in Nestore nobis ostendit, ex cujus ore dulcior melle fluebat oratio. Itaque in Arcadia templum commune cum Mercurio, eloquentiæ Deo habuisse fertur; Athenienses etiam in Academia aras non solum Musis, Minervæ, & Mercurio, verum etiam Herculi posuerunt, quod putarent hujus quoque numen adesse eis, qui ibi exercerentur. Pansanias quoque scribit.

*Eloquentiæ vires.*

nitior  
For-  
atur :  
ifica-  
Mar-  
o ta-  
utem  
n pe-  
entis  
as ca-  
udo,  
inum  
m ar-  
atur;  
de eo  
c au-  
erens,  
ex eo  
cane  
iridis,  
e vir-  
ia ve-  
i co-  
e.  
eo ab-  
a tam-  
admo-  
pitus,  
dutus,  
nume-  
s, lin-  
linem,  
quen-  
ia ma-  
em ef-  
atibus,  
ulcior  
curio,  
on fo-  
od pu-  
uoque  
tribit.



Imago. 54.



feribit. Græcos atque Barbaros credidisse, Mercurium atque Herculem Gymnasis præesse; qui in Gymnasis præcipue colerentur. Itaque apud Lacedæmones in dromo (erat autem is locus ubi cursu se adolescentes exercebant) vetustum erat Herculis simulacrum, cui qui majores erant natu sacrificabant, & alicubi in agro Corinthio Herculem aiebant, clavam suam Mercurio dicasse, quæ erat ex oleastro; & radicibus actis, in magnam arborem excrevisse credita fuit. Hic non dixerim, num unum, an multos fuisse Hercules existimem. (quamvis me non lateat, Varronem XLIV. numerasse, asserentem, fortissimos quosque, Hercules fuisse dictos) neque quis ex tot in Divos fuerit relatus: hoc enim extra meum propositum esse arbitror. Id hic dixisse sat sit, veteres unum tantum Herculem coluisse, Ægyptiosque eum in duodecim principalium Deorum numerum retulisse, quemadmodum Herodotus refert. Licet autem facinora Herculis insignia à diversis, hoc nomine appellatis facta legantur; tamen uni illi omnia adscribebantur, qui Deus habebatur. Hujus simulacrum erat ut plurimum ingens, ut eo Herculis vires significarentur: ob quas Melampygos est cognominatus, hoc est, cluniater, quod est magni robotis argumentum, de quo hujusmodi fabula refertur. Passalus & Alcmon fratres fuere, Memnonis filii, omni scelere inquinati; quibus mater prædixerat, ut à nigriclune caverent: illi nil magis ab instituto destiterunt. Accidit, cum forte Hercules sub arbore fessus recubaret, ut ii fratres Herculi insidias tenderent: quod præsentiens Hercules, vivos ambos cepit, per pedesque ligatos, à tergo suspensos clava gestabat: qui demissis capitibus, cum Herculis nigras nates viderent, maternæ monitionis memores, inter se tacite submurmurabant: quos audiens Hercules, re intellecta, eo fertur cognomine adco delectatus, ut statim vinculis solutos, impune abire permiserit: qui, postea Jovem fallere tentantes, in cercopithecus versi fuerunt, ut Suidas refert. Itaque sub Cercopum nomine dolosi, atque assentatores intelliguntur; quemadmodum est legere apud Plutarchum in libello de discernendis amicis ab adulatoribus; ubi scribit, Principes ita adulatoribus delectari, ut Hercules Cercopibus. De iis etiam meminit Herodotus, cum Xerxis iter in Græciam describeret, dicens, eum Asopum fluvium transisse, apud dictas Cercopum sedes, ubi erat & lapis, qui Melampygos appellabatur, quod nomen nigrum etiam fontem significat. Sed pergamus de Hercule dicere; cujus simulacrum hominem fortem, ac robustum referebat; erat etiam nudum, nisi quod leonis pelle tegebatur; cujus caput ei erat loco galeæ; clavam una manu, altera arcum tenebat; pharetra pendebat ex humeris. Hujusmodi quoque simulacrum æneum, decem cubitos altum Olympiæ visebatur, à sociis Thasi, & Agenoris filii, qui ad quærendam Europam venerat, dedicatum, ut apud Pausaniam in Eliaicis prioribus legitur. Fuit etiam apud Lacedæmonios Herculis armati signum. Cur esset autem eo habitu Hercules, refert Pausanias in Laonicis

Imago 54.a

Hercules  
Melampy-  
gos.

hanc fuisse causam ; Oeonus (vel Lycimnius, secundum Apollodori sententiam lib. II.) Herculis consobrinus, cum adolescentulus adhuc esset, cum Hercule Spartam venit : cumque visendæ urbis causa obambulans, ad Hippocoontis aedes forte accessisset, in eum canis, domus custos invasit ; at ille lapide canem percussit. Hippocoontis filij cursum egressi, puerum fustibus conficiunt. Eares Herculem vehementer commovit ; subito itaque animi impetu impulsus, Hippocoontis filios est armis adortus. Verum in ea dimicatione vulnere accepto, se clam periculo subduxit. Mox vero copiis comparatis, patre & filio male multatis, probe Oeoni cædem ultus est. Ideoque Arcades Herculis simulacrum cum cicatrice in coxendice effinxerunt ; propter vulnus scilicet in dicta pugna acceptum ; quo sanato, templum Æsculapio Cotyleo dicavit (κοτύλη enim est coxæ cavitas) ei sanitatis beneficium acceptum referens. Apollodorus lib. II. refert, Herculem tunc etiam armatum fuisse, cum pro Thebis contra Minæos pugnavit ; Minervamque ei arma suffecisse : idemque dicit, Herculem, cum ab Euryto sagittandi artem didicisset, sagittas ab Apolline, enses a Mercurio, thoracem a Vulcano, a Minerva peltam sumpsisse ; clavam autem sibi in Nemea silva confecisse. Plinius lib. XXXIV. cum memorabiles statuas recenseret, quæ erant apud antiquos, juxta rostra Herculis tunicati, electo habitu Romæ, torva facie, sentienteque suprema in tunica fuisse scribit. Eum vero terribilem aspectu fuisse, vel illud fuerit argumento ; quod quidam cum tantum exhorruit, ut in saxum obriguerit, cum eum transeuntem cerneret, è spelunca quapiam, in quam ejus timore se abdiderat : is vero lapis, ut Suidas refert, hominis formam præferbat, qui caput exlerit, ut prospiceret. Fabulantur quoque Poætæ, Solem ingens poculum Herculi dono dedisse, quo & mare juxta Athenæum transmisit. Macrobius lib. V. id ad Scyphum refert, quod est navigij genus, & ad poculum, id etiam nomen accommodari potest : Quare olim in Herculis sacrificiis eo tantum poculi genere usi sunt. Virgilius itaque lib. IIX. de Herculis sacrificio ab Evandro celebrato scribens inquit :

*Et Sacer implevit dextram Scyphus.*

Quod vasis magnitudinem ostendit, cum quo Herculis interdum effingebatur, aut ut ad fabulam dictam alluderetur, aut ut innueretur, cum maxime fuisse bibacem, quemadmodum de eo Athenæus narrat, quo fortasse ejus simulacrum respiciebat, quod in quadam ejus ædícula in Cerinthio agro visebatur, in qua quidam adolescens ei poculum porrigebat ; licet Pausanias in Corinthiis scribat, Herculem cum apud locerum suum cœneret, digito uno Cyathi pueri, qui erat pocillator, ejus in fundendo vino ministerio offensum, tam graviter caput percussisse, ut ex eo vulnere puer diem suum obierit, in cujus facti memoriam, illa simulacra fuere efficta, apud Apollodorum Athenæum atque alios legitur, Herculem mirum in modum fuisse epulonem

atque

*Æsculapius.  
Cotyleus.*

*Herculis ar-  
ma.*

*Imago 55<sup>a</sup>*

*Scyphus.  
Herculis po-  
culum.*

*Hercules bi-  
bax.*

Imago. 55.





ate  
ido  
jux  
d  
Ap  
del  
co  
po  
cu  
fuf  
ma  
du  
am  
cu  
po  
De  
fib  
br  
No  
fe  
qu  
da  
re  
&  
Ju  
fie  
ret  
pr  
fel  
fac  
ma  
lu  
la  
ali  
de  
et  
qu  
ate  
ite  
In  
qu

atque voracem; itaque solum interdum integrum bovem absumpsisse: atque ideo ei avem λαρρα a Græcis, à latinis fulicam dictam esse dicatam: ea enim juxta Suidam est maxime rapax atque vorax. Ex quo factum est, ut in quibusdam ejus sacrificiis verba bona præfari non liceret, nam ut Lactantius lib. 1. et Apollodorus lib. 11. refert, Hercules, cum Lindum, quod est oppidum Rhodi, delatus esset, famemque pateretur, aratorem quemdam aspexit operantem, ab eoque petere cepit, ut sibi unum bovem venderet, enim vero ille negavit fieri posse, quia spes sua omnis colendæ terræ duobus illis jumentis niteretur. Hercules solita violentia mixtus, quia unum accipere non potuit utrumque sustulit. At ille infelix cum boves suos mactari conspiceret, injuriam suam maledictis ultus est; quod homini eleganti & urbano gratissimum fuit: nam, dum comitibus suis epulas apparat, dumque alienos boves devorat, illum sibi amarissime conviciantem cum risu & Cachinnis audiebat. Sed postquam Herculi divinos honores ob admiratoinem virtutis deferri placuit, à civibus ei ara posita est quam de facto βοάθυρον, id est bovis jugum nominavit; ad quam Deo juncti boves immolarentur, sicut illi quos abstulerat aratori: eumque ipsum sibi constituit Sacerdotem, ac præcepit ut iisdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis uteretur, quod negaret, se unquam epulatum esse jucundius. Neque hic silentio involvam: quoddam sacrificiorum genus, non minus fortasse ineptum, ac ridiculum, atque superius fuerat impium & nefarium, quod quidem etiam ab Herculis voluptate ortum habuit. Id sic habet, prout Suidas refert, Bos cum esset Herculi immolandus aufugit cum vero nihil esset, quo res sacra Deo fieret, malum quatuor suppositis ramis pro pedibus, & duobus pro cornibus, in formam bovis illi in sacrificium oblatum est. At Julius Pollux in primo ait, in Bœotia de malis fructibus Herculi rem sacram fieri; idque ea causa contigisse: quod, cum forte aries ei in sacrum adduceretur, Alopus fluvius adeo excrevit, ut adduci non posset: tum qui sacrum procurabant, malum maturum & pulcrum accipientes pro ariete, ei quatuor festucas pro pedibus, & duas pro cornibus inlixerunt: atque eo modo rem sacram peregerunt. Unde postea apud Thebanos, & Bœotios id moris permansit. Sed, quia non minor Herculis virtus in egregiis ac fortibus gestis eluxit, quam in edacitate, aut bibacitate; plurimæ ei quoque statuæ, & tabulæ, in quibus illustria ejus facinora expressa fuere, tam in ejus templis, quam alibi dicata sunt: alicubi enim infans Hercules cernitur, in cunis existens, duos serpentes, qui ad se accesserant, strangulans: idem major jam natu effectus videtur effectus, qui capita Hydrae subinde renascentia abscindat, quæ postea comburat: alibi vero post cervum currens, aeneos pedes, atque aurea cornua habentem, eumque comprehensum interficiens: itemque malas ferocissimi leonis confringens, aut eum suffocans. Interdumque exprimebatur, ferocissimos quosdam equos contemplans, qui Regis cujusdam membra, à se suppositi, dilaniant, atque mandant;

*Herculis la-  
boret,*

dant ; humeris quoque impositum aprum gestans ; sagittis aves quasdam conficiens, quæ ita erant ingentes, ut alas pendentes, lumen solis mortalibus eriperent ; vinctum secum ferocissimum taurum perducens, qui naribus ignem efflabat ; fortissimum quemdam gigantem pectore comprimens, eumque elidens ; feroci dracone interfecto, aurea mala ex Hesperidum hortis decerpens ; humeris suppositis, cælum sustinens ; tricorpore quodam rege sublato, ejus armenta bouum secum abigens ; in spelunca quapiam formidabilem latronem, ore fumum ac flammam expirantem enecans ; tricorpitem Cerberum, catenis a se vinctum secum pertrahens ; sagittis aquilam conficiens, quæ jecur Promethei, ad Caucasum montem religati absumebat ; sexcentos demum latrunculos, atque tyrannos per universum terrarum orbem de medio tollens ; infinitum enim esset, singula ejus gloriosa facinora percutere, quæ præclara argumenta variis imaginibus effingendis suppeditant ; & ob quæ ἀλεξίκακος, hoc est, malorum demolitor fuit cognominatus. Sed, quia nullamquam monstra sunt tetefiora, atque immaniora, nec tyranni sæviores, ac truculentiores inter mortales reperiri possunt, fœdis animi vitiis ; ideo nonnulli in ea sententia fuere, ut dicerent, Herculis fortitudinem in animo, non in corpore constituisse, qua is indomitas animi cupiditates, rationis imperio minus audientes, atque animi tranquillitatem mirum in modum perturbantes, compescuerit. In hanc sententiam Suidas scribit, veteres, ut Herculem prudentissimum, ac omnibus virtutibus ornatissimum fuisse ostenderent, eum pelle leonina indutum depinxisse ; quod magni, ac generosi animi est argumento : clavam dexteræ addidisse ; quod ejus prudentiam, ac sapientiam nobis ob oculos statuit ; quibus virtutibus præditum, fabulæ eum draconem, Hesperidum horti custodem interfecisse, ac tria mala aurea quæ sinistra gestabat, inde abstulisse fingunt ; appetitum enim edomuit, eumque à gubernaculis amovit ; eis rationem præficiens, quam omni virtutum genere insignivit. Macrobius lib. i. Saturnal. sicut cæteros omnes

*Herculis fortitudo in animo.*

*Hercules pro Sole positus.*

*Hercules pro tempore positus.*

*Populus Herculis sacra.*

Deos pro Sole capi vult, ita etiam & Herculem ad eundem refert ; ejus verò duodecim illa memorabilia gesta, à Sole, duodecim signiferi signa superante, adumbrari sentit. Alij tempus Hercule repræsentari voluerunt : quod omnia vincit, atque domat : atque ea de causa eum populea fronde coronatum dicunt : hanc enim ei arborem veteres dicarunt. Itaque Virgilius lib. iix. Æneid. evandrum, Herculi sacrificantem, populea fronde, quam & Herculeam vocat, caput cinxisse fingit : hæc enim duplici colore duas temporis partes exprimit, nam albus ad diem, fuscus autem ad noctem refertur. Fabulæ vero hujus rei, hanc causam afferunt, quod scilicet, populea corona, cum ad inferos descenderet, caput Hercules velaverit : unde foliorum pars, quæ illius temporibus adhæserat, candida, quæ exterior fuerat, ex atro inferiorum colore, nigra permansit ; qui colores adhuc, in ea arbore cernuntur : eaque

dam  
ibus  
ibus  
ens,  
nor-  
dam  
for-  
tem  
nfi-  
pat;  
or-  
nora  
edi-  
tus.  
ran-  
ni vi-  
nem  
, ra-  
mo-  
ete-  
uiffé  
ene-  
len-  
am,  
ma-  
edo-  
omni  
nnes  
verò  
nte,  
uod  
pro-  
ilius  
n &  
tem-  
tur.  
ona,  
ars,  
nfe-  
tur:  
isque



Imago. 56.



cafe  
run  
qu  
na  
pito  
ad  
lim  
leg  
tra  
qu  
ble  
nor  
rem  
ora  
re  
lue  
citu  
fact  
Ly  
mu  
set  
rati  
fca  
era  
pos  
mi  
est  
cub  
qua  
run  
Jo  
est  
Jo  
mo  
ptu  
or  
no  
ren  
vo  
qu

easque frondes semper postea Hercules amavit, nam ei caput à tetro infero-  
 rum fumo defenderunt. Quod autem Hercules pro tempore caperetur, *Ritus in Her-  
 culis sacris,*  
 quidam ritus, qui in ejus sacrificiis adhibebantur, apposite significabant:  
 nam præter morum, qui in aliorum Deorum sacrificiis servabatur, aperto ca-  
 pite ei sacrificabant, quemadmodum Macrobius lib. II. Saturnalium refert,  
 ad quam rem eadem ratio accommodari potest, quam supra in Saturno attu-  
 limus, cui item capite aperto rem sacram faciebant. Apud Plinium lib. X.  
 legitur, Romæ in ædem Herculis in foro Boatio, nec muscæ, nec canes in-  
 trasse, hos quidem, aut quod clavam foribus appositam subolferent; aut  
 quod magno ab Hercule odio habiti feruntur, ob causas à Plutarcho in pro-  
 blematibus allatas, cum scilicet rationem redderet, cur canes ejus templum  
 non ingrederentur. Illas verò, quod ut in fabulis narratur, cum in Olympia  
 rem divinam faceret Hercules, & muscæ, illi valde molestæ essent, Jovem  
 orasse ferunt: atque ita muscæ omnes ultra Alpeum annem evolavere, quæ-  
 re ab eo tempore Elienses Jovem Apomyion, hoc est Muscæ abigentem co-  
 luere. Licet aliqui putent, non Jovem sed Myiagram (qui & Myiodes di-  
 citur) muscæ ab Hercule abegisse. Huic Deo cum alicubi in Græcia rem  
 sacram faceret muscæ omnes extra regionem avolabant. Cyrenæi quæ sunt  
 Lybiæ populi Achorem muscarum Deum colebant, eique sacrificabant: *Lupicer  
 Apomyion,*  
 multitudinem pestilentiam afferente: quæ protinus interibant, statim atque ef-  
 fet litatum. Accaronitæ quorum urbs erat in Palæstina Beelzebubum vene-  
 ratu sunt, quem muscarum Deum Hieronymus interpretatur. Et sicut mu-  
 scæ ab Herculis sacrificiis excludebantur: ita mulieribus eis interesse, nefas  
 erat, quod ab eo statutum ferunt: propterea quod mulier quædam ei sitienti  
 potum negaret, se excusans, quod Bonæ Deæ sacrificiis impediretur, quo-  
 minus hominibus, aliquid præberet. Quare ut par pari referretur, factum *Mulieribus  
 Herculis  
 sacrificiis in-  
 teresse nefas.*  
 est, ut sicuti homines à Bonæ Deæ sacris repellerentur, ita & mulieres Her-  
 culis sacrificia spectare, aut ejus templum ingredi non possent; nisi pauca  
 quædam apud Erythræos, qui Herculi simulacrum apud se habebant in ligno-  
 tum rate in sertum, quemadmodum Pausanias in Achaicis refert. Ea ratis per  
 Jonii pelagus ad insulam quamdam appulsa est, quæ inter Erythras, & Chium  
 est media. Cum jam terram ea attigisset, conspecto signo, summis viribus,  
 Jones & Chyri certatim ad se illud pertrahere sunt conati. Erythræus postre-  
 mo quidam, cui è mari & piscatu victus fuerat, sed ex morbo erat oculis cap-  
 tus, quod per somnum moneri sibi visus fuerat exposuit, oportere Erythræo-  
 rum sceminas comas tondere, è capillo earum, si viri funes contexuissent,  
 non difficulter, quo vellent, ratem pertracturos. Ei somnio ut obtempera-  
 rent, cum cives sceminæ animum non inducerent, è Thracia mulieres quæ  
 voluntaria servitute, ingenuæ ortu cum essent victum sibi apud Erythræos  
 quaritabant, se tondendas præbuerant, Qua jam rate potiri Erythræi edixe-  
 runt

Imago 56.a



*Adulteris  
quibus licet  
Herculis  
templum in-  
gredi,*

*Herculis  
cum Apolline  
pugna.*

*Tripus quid  
esset.*

*Lebetes.*

*Veritas.*

*Tripus  
Bacchi.*

*Mercurij  
oraculum.*

runt solis è Thracia mulieribus in Herculis fannm introiro, ut liceret, Idem Pausanias in Phocicis scribit, Delphis fuisse statuas Herculis, & Apollinis, qui tripodem prensitabant, & de eo jam prope erant pugnam commissuri: sed Latonam, & Dianam Apollinis, Minervam Herculis lenivisse. Tradebant enim, venienti ad Oraculum Herculi, sacerdotem responsum dare recusasse, Herculem vero ira commotum, sublatum è templo tripodem secum asportasse; sed postea, tripode reddito quidquid voluit, ab oraculo didicisse. Erant tripodes ollæ æræ, tribus fultæ pedibus; quorum alij *ἀνδραποδοί* dicebantur, quod scilicet ornatus gratia dicati erant in domibus, vel templis, ignibus profus intacti, quos Homerus *ἀπύρους* appellat, quod est, ignis expertes; qui vero ad ignis usum comparati erant, *ἀίδυρας* Priores illi maximo in pretio erant, Diisque, ac præstantibus virtute viris dono dabantur. Quare Virgilius lib. v. *Æneid.* eos inter præmia recenset, quæ *Æneas* in ludis Anchisæ patris manibus celebratis proposuerat: qui erant illi fortasse, quos dono ab Heleno acceperat, quos Virgilius lib. iii. *Æneid.* lebetes appellat; hos Servius vult vasa esse, ad manus ablucendas idonea; cum dicat, sibi videri, non multum decere, tali viro vasa culinaria donare. Sed Athenæus, Homericam tripodum distinctionem referens, usu introductum dicit, ut ambo genera lebetes appellentur; vultque *ἀίδυρας* illos ad aquam calefaciendam esse accommodatos, *ἀπύρους* autem esse paterarum instar, quorum usus sit in vino fundendo. Sed tamen ad rem, qua de agimus, hæc non admodum facere videntur: illud potius facit; quod Tripus sit mensa in templo Apollinis Delphici, cui superposita Phæbas, vaticinabatur, Apollineo spiritu inflata, qui ex partibus inferioribus sacerdotis corpus ingrediebatur: itaque nonnulli referunt, eum tripodem in medio fuisse perforatum, ne ullum scilicet esset impedimentum, quominus spiritus in eam penetrare posset. Tripodem autem pro Veritatis signo capere possumus: nam oraculum è tripode editum, semper verum habebatur: Itaque Athenæus olim proverbio factari scribit, cum vellent hominem veridicum innuere, eum ex tripode loqui. Eadem ratione, idem dicit, Baccho tripodem attributum, qui in pateræ formam erat effictus, nam vinum veritatem patefacit, non secus ac Deorum oracula: nam de omnibus fere Diis legimus, eos alicubi oracula edidisse. De quibus non est nunc dicendi locus; operæ pretium tamen mihi facturus videor, si in extrema hac Mercurij imagine, aliquid de Mercurij oraculo dixerò. Pausanias in Achaicis scribit, alicubi in ea Græciæ regione in medio foro Mercurij marmoreum signum exstitisse, cum barba, è quadrata basi eminens, modica magnitudine: proximo loco oraculum fuisse: ante Mercurij signum Vestam & ipsam marmoream; appositas ei fuisse plumbo ferruminatas æneas lucernulas: qui Deum consulere, Vestam primum, thure incenso, placasse, deinde, oleo infuso, lucernas accendisse; tum ve-

vero in aræ dextera parte nummum, patria nota signatum dedicasse: ubi quod ex usu fuerit, rogassent, aurem simulacro admovisse, inde vero à foro abeuntes, manibus aures pressisse, ubi è foro excessissent, amoris manibus, quam primum excepissent vocem, eam sibi oraculi loco duxisse.

## MINERVA.

**D**ICUNT Philosophi, Deum opt. Max. inter plurima, quæ in hominem contulit dona, duo præcipue admiranda esse elargitum: unum esse orationem, alterum manuum usum. Sermo enim, animi sensa exprimens, maximam vim ad id, quod volumus, persuadendum habet; manus autem maxima industria cuncta ad vitam humanam facientia procurant, cunctarum artium munera obeuntes, quæ aut olim sunt repertæ, aut in futurum repententur. Quia vero ornata oratio sæpe non prodest, immo nocet plurimum, nisi rationem, atque prudentiam comitem habeat; nec prudentia in commune aliquid boni afferre potest, nisi sit orationis præsidii instructa, qua aliis persuadere valeat, ut à malis refugiant, sectentur bona, civilisque vitæ rationem tueantur, id veteres hoc Symbolo innuerunt, Mercurium videlicet, ac Minervam conjungentes. De Mercurio autem jam diximus; restat nunc de Minerva differere, quam Prudentiæ Deam, ac omnium artium inventricem arbitrabantur. Amborum ergo Deorum statuas copulantes, unam reddiderunt, quam *ἑρμῆα δῖήνην* appellarunt; *ἑρμῆς* enim Mercurium *ἄδῆην*, Minervam sonat: eam in Academiis collocabant: ut eos scilicet commonefacerent, ut qui ibi se exercebant, eloquentiam prudentiæ conjungerent; hanc reputantes per se parum posse prodesse, illam vero obesse plurimum; quemadmodum etiam Cicero in præmio librorum, de inventione pluribus verbis disserit. De Hermathena idem ita lib. III. ad Atticum scribit; Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est, & ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & Hermes commu-

*Minervæ  
effigies.*

*Minervæ  
oculi.*

U in leo-